



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XIX. Das Domstift Brandenburg übergeibt die zur Pfarre zu Nauen gehörige Küche erblich einem Bürger daselbst, am 20. April 1354.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

et prouentus annuales de exactione et pensione nostra annua ciuitatis nawen, quas a prudentibus uiris Trefkowe et Conrado arnoldi fidelibus nostris dilectis iusto emptionis tytulo comparauit, qui eis in nostri presentia ad vsum et vtilitatem dicti hermanni et suorum heredum renuntiauit expresse, iusto pheodi tytulo a nobis habendas tenendas et pacifice possidendas. Promittentes dictis de Reddern nos velle et debere dare litteras quitationis et satisfactionis dictarum XX marcarum predicto hermanno et suis heredibus pheodalibus quibuslibet terminis solutionis dictarum marcarum quolibet anno ad consules in nawen, quod eos de eis, dum eas dictis de reddern perfoluerint, dimitemus liberos et solutos: volumus etiam et iniungimus omnibus capitaneis, officialibus et aduocatis nostris presentibus et futuris, quod si dictus hermannus vel sui heredes fuerint necessarii, dictos ciues et ciuitatem nawen pro dictis XX marcis impignorare debebunt, dum per eos fuerint requisiti, et eis ipsum pignus pro dicta pecunia presentare omni obstaculo procul moto. In cuius etc. Presentibus Lochen, pet. de bredowe, Loterpek, ny. de kökeritz, militibus, hempo, Geuehardo de aluenfleuen cum ceteris. Datum kiritz anno L. tercio, In octaua pasche.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 19.

XVIII. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt, daß Heinrich Wegher dem Bürger Paul Dammeker in Nauen gewisse Hebungen im Dorfe Wustermark verpfände, am 9. Juli 1353.

Nos Ludovicus Romanus etc. Recognoscimus publice per presentes, Quod Strenui viri heinricus wegher et patrum sui fideles nostri dilecti in nostra et consilii nostri presentia constituti quatuor frusta annuorum reddituum in villa wustermarke situata discreto viro paulo dammeker ciui in Nauen iusto pignoris tytulo libere dimiserunt pro XX marcis arg. brand. quibus prefato paulo rite et rationabiliter obligantur ea videlicet interposita conditione, quod quodocumque per dictum heinricum wegher patrum suum aut ipsorum heredes predicto paulo aut heredibus suis de prefatis XX marcis integraliter fuerit satisfactum, tunc III frusta seu redditus antedicti ad ipsum heinricum patrum suum et ipsorum heredes redire libere debebunt et deuolui. In cuius etc. Presentibus Lochen, Bredowe, kökeritz, Trutenberg, Loterpek, militibus, et Joh. de wedel cum ceteris. Datum Spandowe, anno LIII, in Crastino beati kyliani etc.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 23.

XIX. Das Domstift Brandenburg übergiebt die zur Pfarre zu Nauen gehörige Küche erblich einem Bürger daselbst, am 20. April 1354.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus et capitulum ecclesie Brandenb. presentibus recognoscimus, quod dominus Wernerus, plebanus ecclesie in Nowen, nobis subiecte, domum et curiam ibidem, que coquina dicitur et ad dotem ecclesie ejusdem pleno jure spectat, de nostro consensu, quoad jus hereditatis contulit magistro Gerardi Carpenteratori, ciui in Nowen, et Elizabeth uxori sue

eorumque heredibus sub annuo censu XXVI solidorum Brandeb. denariorum plebano, qui pro tempore in Nowen fuerit, sub poena pignoris singulis annis in die beati Michaelis archangeli finaliter solvendum, ita quod idem magister Gerardus, uxor sua et eorum heredes ac quilibet alter idoneus et plebano in Nowen competens, cui forsitan idem Gerardus vel sui eandem domum vendent, quod facere poterint, cum sibi fuerit oportunitum, collationem ejusdem domus a plebano, qui pro tempore in Nowen fuerit, recipere teneatur. In quorum testimonium etc. Datum Brandenburg anno domini MCCCLIV. XX die Aprilis.

Nach dem ältern Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

XX. Markgraf Ludwig der Römer verschreibt dem Rathe der Stadt Nauen seine Hebungen daselbst, weil derselbe die Pfänder des Markgrafen für 79 Pfund Brandeb. Pfenninge von den Bürgern daselbst eingelöst, am 16. Aug. 1354.

Ludovicus Romanus etc. Gratiola salutatione premisa. Quia pingnora nostra et nostrorum pro LXXX talentis minus vno brandenb. denar. brand. apud cives vestros beniuole exquitatis, vobis in reconpensam quitationis huiusmodi facte pensionem annuam, quam nobis annis singulis exfoluere tenemini, tamdiu percipiendam obligamus, donec dicta LXXX talenta minus vno integre perceperitis, ex eadem, Incipiendo nunc die beate walpurgis proximo venturo, quia vobis de debitis in quibus vobis prius obligabamur, exactionem et pensionem, quam nobis dare debebitis in festo beati martini proximo, iam defalcamus. Nolentes ex nunc dictam pensionem annuam alicui alteri obligare, nisi vobis de dicta summa den. fuerit omnimodo satisfactum. Si vero fridericus de Lochen miles noster fidelis vobiscum perfoluendo XX marcas argenti brandeb. poterit concordare, illas nobis de dicta summa den. debebitis defalcare. Datum Nauen, anno LIII^o in Crastino assumptionis beate virginis marie gloriose.

Consulibus in Nauen.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 25.

XXI. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet der Stadt Nauen seine Hebungen aus der Stadt auf ein Jahr, am 7. Juni 1355.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc. nostro et Illustris fratris nostri Ottonis marchionis Brandenb. nomine rite obligauimus et presentibus obligamus Discretis viris Consulibus ciuitatis nostre Nauen et quibusdam eorum conciuibus presentibus et qui pro tempore fuerint fidelibus nostris dilectis decem marcas annuorum reddituum de pensione nostra debita, quam nobis soluere tenentur, incipiendo a festo beati Martini proxime venturo ultra ad annum pro Centum marcis argenti Brand., in quibus ipsis et eorum conciuibus fidelis noster dilectus miles frid. de Lochen fuerat obligatus, quas quidem decem marcas ipsi consules sibimetipsis et pro vsibus propriis debebunt referuare pacifice et quiete, nolentes vnquam predictas decem marcas ab eis alienare aut quietationum litteras desuper